

tem eiusdem praedii cum comite Manigoldo coram multis testibus in placito apud Arthaim¹⁾ coram subscriptis testibus: Waltherus de Ritinhald²⁾, Ulrich de Buanburc³⁾, H. de Marc-dorf⁴⁾, Conradus de Lochin⁵⁾ et alii.

Anno domini 1187 Conradus et Kuno de ministerialibus ac liberis orti natalibus⁶⁾ se ipsos cum praedio suo in Engelisheris⁷⁾ sanctis obtulerunt.

Sub eodem anno Rudolphus, comes palatinus de Tuingen, sed et mater ipsius Elisabeth⁸⁾, sed et uxor ipsius Mathildis rogatu cuiusdam Rudolphi ministerialis ipsorum dederunt cum ipso praedium ipsius in Argun⁹⁾ sanctis nostris, exceperunt vero partem aliquam ipsius praedii, quam ante dederat filio suo B. defuncto et liberis eius. Item Rudolphus excepit etiam ex ipso praedio curtem parvam, quam sibi reservavit. Reliqua sanctis contradiderunt, sibi et haeredibus suis advocatiam vendicantes, hac conditione, ut nullius umquam hominis beneficium fiat, plenam autem fraternitatem habent deinceps, pauperem cum praebenda pascimus eis, anniversarius eorum cum pulsatione et officio tantum colitur.

Eodem tempore Burkardus de Campidona¹⁰⁾ et Mathilda uxor illius conversi ad nos obtulerunt sanctis et nobis triginta talenta. Item Adilbertus, presbyter de Rordorf¹¹⁾, sub eodem anno vitam finiendo praesentem ante mortem suam similiter 30 talenta obtulit. De quorum utrorum oblatione 40 talenta in coemptione praedii in Durrinbach¹²⁾ distracta sunt, reliqua 20 in alia praediola redimenda et in alios usus transierunt.

Item eodem tempore remissum est quoddam praediolum concambii in hoc oppido¹²⁾ a Burkardo ministeriali, fratre eius occiso atque sepulto, pro remedio animae suae.

Item eo tempore Suiggero, milite de Rordorf¹¹⁾, a suis cum securi clam crudeliter occiso, frater ipsius Henricus ipso die sepulturae eius dedit nobis partem pratorum et silvae dictae Sconiunsvendi¹³⁾ et Gunzin¹³⁾, sed et Adilhaid, relicta vidua iam dicti Suiggeri, etiam suam partem in eadem silva et monte Adileggi iuxta nos, quod (*sic*) dicitur Kamerlin¹³⁾, in qua eadem sylva dederat nobis aute Udalricus, monachus et frater

1) Ohne Zweifel verschrieben für Althaim, Altheim, wirt. OA. Riedlingen. 2) Abgegangen bei Zwiefalten, wirt. OA. Münsingen. 3) Baumburg, Burgstall bei Hunderingen, wirt. OA. Riedlingen. Diese Burg erhebt sich merkwürdigerweise auf einem riesigen Grabhügel, s. wirt. Vierteljahrshefte I, 36. 4) Markdorf, bad. A. Ueberlingen. 5) Lochen, öst. BA. Bregenz. 6) Diese Angabe für die Stellung der Dienstmannen beachtenswerth. 7) Engelhirsch bei Weitnau, bair. BA. Kempten. 8) Gräfin von Bregenz, letztes Glied der Grafen von Bregenz, Stamm-mutter der Grafen von Montfort. 9) Nicht Argen bei Isny, wo die Tübinger und Montfort nie begütert waren, sondern Langenargen, wirt. OA. Tettnang. 10) Stadt Kempten. 11) Rohrdorf, Dürrenbach, wirt. OA. Wangen. 12) Isny. 13) Namen von Waldungen auf der Adelegg.